

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Commentarii in primvm, secvndvm, tertivm, et quintum
Ethicorum Philippi Melanchthonis**

**Melanchthon, Philipp
Aristoteles**

Argentinae, 1535

VD16 A 3417

Responsio

urn:nbn:de:bsz:31-106587

COMMENTARIA

si iusticia laudanda est, æquitas non est laudanda, si quidem aduersatur iusticiæ. Aut si utraq; laudanda est, eadem esse necesse erit. Ad hunc modum dubitari de æquitate solet.

RESPONSIO.

Verum hæc omnia recte dicuntur si suo queq; modo intelligantur, nec pugnant inter se. Nam æquum est iustum, & aliquanto melius iusto, nec ut contrarium genus iusto melius. Eadem igitur sunt in genere iustum et æquum, & cum utrumq; laudandum sit, melius tamen est æquum.

Habet & hic locus insignem utilitatem. Necesse est enim tenere discrimen summi iuris & æquitatis, quam nunc quoq; uocant uocant *επιεικειαν*. Itaq; & iuriscōsulti diligenter discernunt scriptum ius ab æquitate. Neq; uero tantum in foro ac negocijs sed in tota uita, in omnibus actionib; hoc discrimen consuli oportet: quia in omni uita incidunt plurima negocia pruatim et publice, de quibus neutiquam iudicandum est summo iure, ut de amicorum erratis: de magistratum, legum & iudiciorum erratis, que dissimulare excusare, boni consulere magna est sapientia & necessaria

IN ET
necessaria ad ret
quam enim tali
nillum ut e ger
gitari possint. i
per mutatio p
quam in illis ip
omnibus fugi
lius in conced
iure agere. H
consuetudine
plurima con
bus, sed etian
coru errata
Subtilite
discedit à iu
nim discrep
festo sic noci
ni, quam au
publico. Si q
à iusto, flagi
Respondet
discrepet à i
tia. Id est. H
ta æquitas.
quam iudex
bile ingeniu

IN ETHICA ARIST.

neccessaria ad retinendam publicam tranquillitatem
 Quum enim talis sit rerum humanarum conditio, ut
 nullum vitæ genus, nullæ leges reperiri, atq; exco-
 gitari possint, in quibus nihil sit incommodi, ac sem-
 per mutatio presentium legum plus mali habeat,
 quàm in illis ipsis earum utijs erat, mutatio modis
 omnibus fugienda est. Humanissima uox est senis il-
 lius in comœdia. Non habeo neesse omnia pro meo
 iure agere. Hanc uocem inculcemus nobis in omni
 consuetudine uitæ, & tranquillitatis publicæ causâ
 plurima condonemus non solū amicis ac magistrati-
 bus, sed etiam ipsis legibus ac moribus publicis, &
 eorū errata dissimulemus.

Subtiliter autem quærit Aristoteles, Si æquitas
 discedit à iusticiam, sit iniusticia? Quidquid e-
 nim discrepat à iusto, uidetur iniustum esse. Et pro-
 fecto sic uociferantur homines imperiti atq; inhumâ-
 ni, quum audiunt aliquid esse mali in aliquo more
 publico. Si quid habet mali hic mos, siquid discrepat
 à iusto, flagitium est, aboleri neesse est.

Respondet Aristoteles erudite, quod æquitas non
 discrepet à iusto in genere, sed in aliqua circunstan-
 tia. Id est. Honestorum & turpium genera non mu-
 tat æquitas. Ea quæ sunt turpia non approbet: ut
 quum iudex ignoscit adolescenti cuius uidetur sana-
 bile ingenium esse, non approbat turpitudinem,

COMMENTARIA

sed mitius punit, aut omnino suspendit poenam. Ita genera honestorum et turpium manent, sed circumstantia aliqua in eo quod est in genere iustum mitigatur. In genere iustum est uitia punire. Hic iudex mitigat poenam. Interdum etiam in aliqua circumstantia, quæ diuersæ leges concurrunt uiolanda est lex inferior. Quoties enim diuersæ leges concurrunt, cedit lex inferior superiori: ut si quis sanus apud te gladium deposuit, cumq; reposcat furiosus, lex inferior iubet reddere depositum. At lex superior uetat reddere, uidelicet, Neminem ledas. Pacta sunt seruanda, at si pacta sine scelere non possint seruari, æquitas iubet pacta rescindere. Itaq; æquitas non uiolat iustum in genere, hoc est, certam illam rationem quæ regit omnia iusta, sed interdum leges mitigat, aut diuersis legibus concurrentibus eam præfert, quia est potior ut Christus uiolat sabbatum: attingit leprosos contra legem. Concurrerant enim diuersæ leges, ubi potior lex præferenda fuit uidelicet, quæ iubet benefacere proximis. Item quæ iubet ostendere testimonia doctrinæ. Erant enim miracula illa testimonia doctrinæ, quia non solum ratio sed etiam ipsa scriptura legum ordinem, et hanc rationem æquitatis docet, ubiq; iubet dilectionem ac pacem ceremonijs præferre. Hic fons, hæc causa est æquitatis, uidelicet, legum inter se collatio et ipsa

Pacta
sunt ser-
uanda.

IN ET

legum uoluntate
cedere temporari
si honestar at
enim iust a regi
facile intellectu
fit æquitas
in genere à
sta. Est itaq;
est, est inter
licuius in h
interpretat
lanter aut t
superiori a
tissime dice
sui aliquid
tionem quæ
enim res
tiam. inde
quod conuen
fons: sicut
cis temporari
Cæsari licui
uictori non
ita dicam æ
pacem potest
ros seruare

IN ETHICA ARIST.

legum uoluntas. Voluntas enim legum est interdum
cedere temporibus. Et tamen ita cedunt, ut interim
alia honesta ratio superior regat actionem. Omnia
enim iusta reguntur certa ac probabili ratione. Hinc
facile intellectus est, & quid sit æquitas, & quid
sit æquitatis causa, & quod æquitas non discrepet
in genere à iusto, hoc est à ratione quæ regit iu-
sta. Est itaque æquitas mitigatio summi iuris, hoc
est, est interdum pœnæ mitigatio: interdum legis a-
licuius in humaniorem ac tollerabiliorem partem
interpretatio, aut etiam prætermisio: quæ nõ petu-
lanter aut temere accidit, sed habet causam in lege
superiori aut uoluntate legis, ut paulo post elegan-
tissime dicit Aristoteles leges ipsas non ignorare
sibi aliquid deesse, ac postulare ut interdum modera-
tionem quandam adhibeamus.

Ἐπιφειλοῦσα iuxta etymologiam sonat conuenien-
tiam. inde transfertur ad æquitatem, quæ agit id
quod conuenit, seu congruit locis, temporibus, per-
sonis: sicut æquum idem est quod æquale, aptum lo-
cis temporibus, personis: ut etiam si summo iure
Cæsari licuisset omnes aduersarios perdere, tamen
uictori non superbo aptum atq; conueniens: & ut
ita dicam æquale erat, humanitatis causa, ignoscere
pacē petentibus, & propter Reip. dignitatē eos ui-
ros seruare qui ornamento erāt isti imperio. Nomē

COMMENTARIA

ab ἐπι factum est, quod est in compositione iuxta et
ἐκός conueniens assimilatum, ab ἐκός assimilor.

Hæc enim dissimilitudo est, quod
æquū est iustum, nō secundum legē,
sed emendatio legum. Causa autem
est, quia omnes leges sunt uniuersa
les, neq; tamen potest de singulis re
cte decerni in uniuersali. Quum igi
tur legem necesse sit uniuersaliter lo
qui, neq; tamen recte de singulis in
uniuersali cōstitui possit, lex id cōsti
tuit, quod plerūq; faciēdum est. Nec
ignorat hic sibi aliquid deesse. Et ta
mē lex recta & iusta est. Nam quod
lex aliquid omittit, id fit, nō uitio le
gis, aut legislatoris, sed propter ne
gociorū dissimilitudinē. Talis enim
materia est actionū, ut fere aliqua ex
parte sint dissimiles in eodē genere.

Quādo igitur lex uniuersaliter lo
quitur, & tamē accidit aliquid ex par
te aliqua dissimile illis, quorū uniuers
saliter mētio fit. Tunc defectus eius
corrīgēdus est eatenus, quatenus ab
errauit

IN ETHICA ARIST.

errauit legislator. Aberrauit autē pro-
 pterea, quod necesse est eum uniuersaliter loqui. Ac si adesset legislator ipse, idem pronuntiaret & exciperet hunc casum a lege iam lata. Quare iustum est & melius est, non quidē simpliciter, sed melius scripto iure, quod non nihil aberrat. Et hæc est natura æquitatis, emendatio legis quatenus aliquid omisit, propterea quod uniuersaliter loquitur. Hæc est em̄ causa, quare nō semper iuxta leges pronuntiatur, quia nō possunt de singulis casibus leges ferri. Ideoq; & in ciuitatibus sūt peculiaris senatusconsulta de presentibus negocijs, ut sit aliqua regula indefinita negociorū infinitorū; qualis Lesbiorū artificū plūbea regula est, quæ accommodatur ad lapides, & subinde mutatur. Sicut senatusconsultū ad presens negociū accommodatur. Quid igitur sit æquū & quid iustū, & quo iusto melior sit æquitas perspicuum est. Hinc etiam

COMMENTARIA

liquet quis sit æquus & bonus uo-
candus, uidelicet, is qui talia iudicio
eligit atq; agit, et qui nō requirit sum-
mum ius in deteriore partem, sed
qui mitigat, & si lex summum ius con-
tinet. Et habitus est æquitas, quæ qui-
dem iusticia quædam est, nec est di-
uersus habitus.

QVOMODO SIT INIVSTVS
dicendus is, qui sibi mortem consciscit.

Ex his autem quæ dicta sunt satis
perspicuum est. Vtrū se aliquis iniu-
ria afficere possit, nec ne. Nā lex con-
stituit quæ sint iusta in omni genere
uirtutum, ut non concedit lex seip-
sum occidere. Quæ autem lex non
concedit, uetat. Præterea quisquis
sponte nocet contra legem non la-
cessitus, iniuriam facit. Sponte autē
dico, si quis sciat quem petat & quo-
modo. Iam si quis sibi mortem con-
sciscit iratus sponte facit cōtra rectā
legem, id quod nō concedit lex, itaq;
facit iniuriam, Sed cui? ciuitati ne? ac
non sibi